



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

De præceptis Ecclesiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

DE PRÆCEPTIS ECCLESIÆ.

QVINQUE PRÆCIPUA ECCLESIÆ PRÆCEPTA, OMNIBUS FIDELIBUS MERITO TENENDA, ENUMERANT PLERIQUE, SED NON EADEM OMNES; SUNT ENIM NON PAUCI, QUI AUT OMITTUNT PRIMUM DE FESTIS CELEBRANDIS, AUT ILLUD CUM SECONDO, DE AUDIENDA MISSA, IN VNUM CONTRAHUNT; & TRIBUS RELIQUIS, QUODDAM DE DECIMIS SOLUENDIS ADIICUANT.

CANISIUS VERÒ DECIMAS IPSAS QUO AD FIDELITATIAM DEO EIUSQUE MINISTRIS AC PAUPERIBUS NATURALI AC DIUINO IURE DEBERI PRUDENTER ADUERTENS, NON RETULIT IPSAS INTER ECCLESIÆ PRÆCEPTA. QUI ENIM HAS AUT NON SOLUM, AUT NON INTEGRÈ, QUATENUS DEI OBLATIONES EXISTUNT, CONTRA PRIMUM: QUATENUS ECCLESIÆ MINISTRIS DEBENTUR, CONTRA QUARTUM: ET DENIQUE UT PAUPERUM, VIDUARUM, AC PUPILLORUM ANNONA SUNT, IN SEPTIMUM DECALOGI MANDATUM DELINQUUNT.

VERUNTAMEN NEC MALE, NEC SINE FRUCTU, ALIJ IN QUINTO: ECCLESIÆ PRÆCEPTIS SUUM DANT DECIMIS LOCUM, QUANDOQUIDEM NON MISERICORDIA ECCLESIASTICO IURE CAUTUM SIT, & SI OPUS FUTURUM, IN QUAUIS ECCLESIA STATUI POSSIT, QUI ILLAS REDDERE TENEANTUR, DE QUIBUS ITEM REBUS, & QUOTAM PARTEM.

Cz.

Cæterum expedit atque ad eò necessarium est, hoc præsertim tempore, hanc doctrinam opportunè & importunè prosequi, non tam ut Ecclesiæ ministris sint prouetus pinguiores sicuti quispiam calumniari posset, quam ut munifica pietate, & pia munificentia, populus Christianus, se Deo suo fidelem præbens, munificam in seipso diuinæ liberalitatis benedictionem experiri mereatur. Sunt & aliæ causæ tum multæ, tum graues, quas prudens Catechistes, vel ex breui, quæ hic subiungitur, tractatione facile colliget.

Nos autem ut nec numerum præceptum passim receptum, nec præcepta ipsa immutaremus: ac nihilominus necessariam hanc doctrinam nequaquam negliceremus, ad finem quinti Ecclesiæ præcepti, quasi per appendicem, paucula quædam verba continenter adiecimus, à pueris ipsis & plebe vna cum præcedentibus, memorie mandanda.

XXVII.

QVOT SVNT PRÆCEPTA
ECCLESIAE?

PRæcipua quinque numerantur:

Primum?

S Tatutos Ecclesiæ festos dies celebrato.

Oo 2 Se-

Secundum.

SAcrum missæ officium diebus festis reue-
renter auditio.

Tertium.

INdicta certis diebus ieunia & à quibus-
dam cibis abstinentiam obseruato.

Quartum.

PEcata tua sacerdoti proprio , aut alii
cum eius facultate , singulis annis con-
tetur.

Quintum.

SAcrosanctam Eucharistiam ut minimim
semel in anno , idque circa festum pater-
sumito.

Hanc coro-
nidem v-
na cū præ-
ceptis ipfis
ediscet pue-
ri etiā lin-
guaverna-
cula.
His annumerandum , quicquid sancta
mater Ecclesia præscriperit ordinaueritq-
ua ad meliorem illius naturalis & diuini iuri-
obseruationem , quo integra , perfecta , bone-
que fide decimarum solutio præstanda de-
cernitur.

X X I X.

D E D E C I M I S.

Eftnè ergo Ecclesiæ præceptum decimus
dare?

LEx naturæ quam Deus hominum pe-
ctoribus impressit , quam veteris testi-
men-

16 q. 1.

Exira de

decimis

Trident.

Seff. 25.

c. 12.

Gen. 14.

c. 18.